

- 5 *revolutis adhuc recentis, tabe etiam manantis manum*⁴⁸⁾ *cuiusdam incidistis. Quam ut mantonem*⁴⁹⁾ *in calcea*⁵⁰⁾ *abscondisti, itaque mirabilis trimanus recessisti. Eram enim ibi in vinea diligenter considerans, quæ faceretis omnia. Erat quippe estas, cuius quidem estus ibi quam in civitate minus ebullerat. Nocte vero veniente ad illius hospicium venisti,*
10 *cuius tibi filia nubit*⁵¹⁾. *Quam, cum nuper ante domum confratris tui crassi Guidonis mecum et cum fratre episcopi*⁵²⁾ *Ivonis ipsa pretereunte stares, colore prius designasti, post vero interrogatus tibi nupsisse respondisti. Quod cum tam facile non credideram, Girardus Ivonis michi fidem fecerat, ubi enim dixerat. Cui vero nupte quidam erat parvulus, dire*⁵³⁾
15 *sue noverce filius, quem die et nocte custodiret, ut universas vires iam in illo consumeret. Dimittere itaque cum non audebat, portare cum non poterat, semper quidem dolens aput te querelam*⁵⁴⁾ *deponebat. Ad te raro decurrebat, quam parvuli educatio detinebat. Cum vero tandem poterat, ipsa quidem Venus, si quando, in luctu gaudebat. In dolore*
20 *enim tota nocte suspirat, quod ex tam frequenti usu ad tam parvum devenerat. Cuius rei causa ad carnarium iveras, ut manum*⁵⁵⁾, *quam ibi incideras, iam ad istius ospicium ducas. Quo cum venisti, clausis*⁵⁶⁾ *ianuis intrasti, clauso quidem hostio, set nescio quomodo. Intrasse enim scio, minime autem quomodo. Vidi, testimonium peribeo*⁵⁷⁾: *presagus*
25 *enim tui maleficii tamdiu te custodivi, donec causam et finem cognovi. Illico igitur intrasti, mortuam manum*⁵⁸⁾ *foras exeruisti, ad caput illius, cuius te filius molestaverat, abscondisti. Puerum de cunabulis traxisti, in mediam domum portasti. Hæc enim per ipsas parietis videbam fixuras*⁵⁹⁾. *Non vero perspexeram quid illi intulleras, preterquam quod totam do-*
30 *num secum circuieras*⁶⁰⁾. *Hoc tamen scio: mane ante primam occidit. Illa tibi nupta læta extitit, in die enim illa nimium risit. Ab illa itaque*

48) *manus* codd.

49) *mantum* (*mantus*) > ital. *manto*.

50) *calcea* (zu *calceus*) > ital. *calza*.

51) Von dieser Frau ist schon mehrfach die Rede gewesen.

52) Vielleicht Ivo von Piacenza (wahrsch. 1039—1045).

53) Vgl. Ov. epist. 12, 188 (Claudian. rapt. Pros. 3, 40).

54) Vgl. Hom. Lat. 93.

55) *manus* codd.

56) Vgl. Joan. 20, 26.

57) = *perhibeo*.

58) *munum* cod. P, *nimiam* cod. C.

59) Soll wohl heißen *fissuras*.

60) = *circuieras*.